

ria inuenta testantur aduentum domini ad operandum salutem particulare in anima se recipiētis. Et signa cōtraria tyrannidem testantur diaboli ad perditionem pertrahere laborantis. Christus ergo veniens illuminat cecos, claudis gressum reparat, leprosos mundat, surdis auditum, mortuis vitam tribuit pauperes euagelizat. Sed cōtrario, diabolus dum animæ dominatur, execat illuminatam, sinit ambulatē, inquinat mundam, mortificat viuam, condēnat pauperem. Christus enim quia lux est illuminat. Ioan. 8. & interiores oculos ita illuminat, vt cognoscant huius mundi pericula, fallacias, & dolos, præsentium bonorum vanitatem, & futurorum veritatem, sicut illuminauit eū, qui dixit. Homo natus de muliere &c. Per hunc modum membra singula dilatarī possunt. Quia via. Io. 14. gressum restituit lassis, & claudis in viam morū, dum charitatem infundit, ac gratia sua fortificat ad currendum viam mandatorum. Quia sanctus, & iustus ventilebrum habet in manu sua. Mat. 3. Et per mundabit aream suam, & eiciens paleas vanorum desideriorum, purgat triticum, vt faciat fructum. Quia veritas. Io. 14. aures mendacis claudit, aperit veritati, vt quem perdidit mendacium, veritas valeat liberare. Quia vita mortem destruit, peccata remittēdo, & gratiam animæ vitam infundēdo. Quia diues in omnes 2. Cor. 8. pauperibus suis optima nunciat, & promissa reddere non retardat 2. Petri 3. Ad hunc ergo charissimi conuertamur. Hæc signa diligenter aduertamus, vt sciamus, quis in nobis dominetur. Est signa crudelis exactoris aduertimus, si cecū ad futura, claudi ad diuina, inquit nati a luxuria, rebelles, & surdi ad precepta, mortui & insensibiles ad spiritua lia, cupidi ad peritura. Curemus, vt ea repellantur, & signa misericordis exactoris nobis imprimerelaboremus Veniet profecto, & nobis sua signa imprimet, si duntaxat ei occurramus, si ei locum præparemus.

Certa enim fide tenendum est, quo

sicut tunc venit in carnem visibiliter saluaturus mundum, ita & nunc per dignam eiusdem natiuitatis commemorationem veniet in mentem suorum deuotorum, saluaturus eos per gratiam. Vnde qui se alienant a digna futuræ festiuitatis celebratione, alienos se reddunt ab acquisita salute. Hinc in hodierna dominica euangelium istud legitur, in quo fides (nostræ salutis fundamentum, qua credimus Christum Dei filium in carnem venisse) nobis aperitur. Qui enim credit in filium, habet vitam æternam. Ioan. 3. Adducitur quoque in eo testimonium efficacissimum operum diuinorum miraculorum. Auctorizatur etiam Ioannis testimonium, vt patet in textu euangelii.

Sed quomodo dignè celebrabimus natalem eius, aut quomodo ad Christi aduentum nos præparare oportet? si in nobis comperta fuerint, quæ & in Ioanne fuisse (qui interpretatur gratia Dei, vel in quo est gratia Dei) Christo perhibente testimonium euangelium refert. Fuit in Ioanne fortitudo in affectu, quia non erat arundis vento agitata. Castigatio in sensu, & carne. Non enim erat mollibus vestitus. Futurorū præmeditatio in intellectu, quia fuit propheta, & plus quam propheta. Nichil enim proficit bene inciperē, nisi positum bonum conceptum in animo in nobis perseveranter, & immobiliter in aduersitate, & prosperitate in opere teneatur in finem vsque, exemplo currentium in stadio. Nemo enim mittens manum ad aratrum, & respiciens retrò aptus est regno Dei. Matthæi 10. Et melius est viam veritatis non agnouisse, quam ea cognita retrorsum corruisse 2. Petri 2. Sola enim perseverantia accipit palmam. Ad hoc valet quotidiana propositi boni inuolutio, deserviendo Deo, quam qui negligunt, facile arundinis more ad omnem ventum mouentur. Sunt autem quatuor venti diabolico flatu concitati. Auster, aquilo, subsolanus, sauonius, seu meridionalis, septentrionalis, orientalis, occidentalis. Primus est prosperitatis tempora

Qui nō deuotè celebrat Christi natiuitatem alie nos se reddunt à salute acquisita